Actum in Castro Premisliensi Feria Quarta post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto.

1634
8 VII

Wesseleny obligat Choynackium.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnificus de Hadad Wesseliny, sanus mente et corpore existens, a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo: huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni, se cum successoribus, ac bonis suis ~~suis~~ gratis omnibus, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia Generoso Joanni Choynacki et ipsius successoribus summam Mille florenorum pecuniae Polonicae monetae et numeri in regno currentis, quemlibet vero florenum grossis triginta Polonicis computando, certi, veri, iusti et liquidi debiti, mutuatique apud ipsum per recognoscentem pecunia tenetur atque debet. In qua quidem summa suppleta tota et integra idem recognoscens bona sua haereditaria, Villam nimirum Tarnawa, in Palatinatu Russiae Terra et districtu Premisliensi consistentem, cum omni iure, dominio et proprietate, cunctisque et singulis bonorum praefatorum utilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, et emolumentis, attinentiisque et pertinentiis quibusuis uniuersis, nullis penitus exceptis, nec pro se suisue successoribus, aut alio quouis reseruatis

sed

sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e conuerso non derogando, sed ita late longe, circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas, in suis metis et limitibus se extendit et continetur, et prout eadem bona ipsemet recognoscens tenuit, habuit et possidebat, illisque utifruebatur. Tam ex nunc et de facto praenominato Generoso Joanni Choynacki eiusque posteris, hinc et ab actu praesenti ad Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum tantum et non ultra, obligauit, innadiauit, et modo obligatorio de facto inscripsit et resignauit, prout praesentibus obligat, innadiat, modoque obligatorio inscribit et resignat. Et iam ex nunc idem recognoscens Illustris et Magnificus Franciscus Wesseleny eidem suo obligatario et ipsius posteris, in eadem bona praesentibus obligata, coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque et Nobiles, ipsi nunc ab Officio praesenti additos, die quacunque voluerit apprehendendam acceptandamque. Per ipsum obligatarium suum et eius successores, bona praefata praesentibus obligata tenendi, habendi, possidendi, illisque pacifice et quiete utifruendi, ac ad usus suos quosuis suorumque successorum beneplacitos libere et effectualiter conuertendi modo tituloque obligatorio.

Iidem roborant Intercisam.

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnificus Franciscus de Hadad Wesseliny ab una; et Generosus Joannes Choynacki ab altera partibus, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo: huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi